

14824

Rome, 22 octob. 1615. Bellarmin aux prieurs des Célestins d'Avignon
et de Gentilly.

/ Admodum R/dis Patribus Priori Avinionensi et priori S/ti Marcialis de Gentillino Congregationis Caelestinorum. Avinionem.

Admodum Rev/di Patres

Accepi vestras datas 13 et alias 30 Septembris, et quia non aud-
5 eo aliquid propria autoritate mandare sine assensu Summi Pontificis, ideo consului Sanctitatem suam et de vivae vocis consilio, vel potius mandato respondeo, libere posse Reverentias vestras, recipere Celestinos qui amant reformationem et fugiunt persecutionem provincialis intrusi, et fautorum ejus. Et posse Reverentias vestras
10 caeteros inducere ad reformationem amplectendam et etiam poenitentis cogere si sponte nolint, non enim permittendum est ut in eodem monasterio dum alii orant alii deambulent vel fabulentur Audivimus istic in carceribus asservari quemdam Celestinum qui missus fuerat ut prioratu spoliaret aliquem ex vobis. Summus Pontifex approbat
15 carcerationem et cupit ut non relaxetur nisi id quando fieri debere scripserit Nuntius Apostolicus qui residet apud Christianissimum Galliae regem ad quem nuntium ego scripsi ut ipse moneat vos, aut R/dum Prolegatum quando ille debeat vel non debeat dimitti in carcere. Speramus in reditu christianissimi regis omnia accommodanda. Cm
20 Commissa enim est tota causa Ill/mis cardinalibus Perronio et Del-laroche-focaud et R/mo episcopo parisiensi. Interim R/ae V/rae Deum orent pro felici instauratione Congregationis Celestinae, et pro me etiam profectu in obsequio Domini. Datum Romae, die 22 Octobr. 1615.

RR.VV.

25 Uti frater in Christo

Robertus Cardinalis Bellarminus.